

- 5 Ut gregibus quandoque suis discreverit hedos,
 Extremo merear dextimus esse loco.
 Non merui tumultum: paries sacer iste relictis
 Fratribus occurrat sollicitetque preces.

Oratio .R. Aurelianensis
 facta dum tercianis gravaretur.

	Orbis factor,	pie rector,	qui creasti omnia,
	Cui transacta	vel futura	semper sunt presentia,
	Cuius nutu	viget totus	sacer ordo celitum,
	Qui plasmator,	vitae dator,	vite nescis exitum:
5	Miserere	tuae formae,	quam fatigat passio,
	Crede ¹⁾ febris,	morbis gravis,	iusta dei ultio.
	Tuum plasma,	tua forma,	sum, deus: non peream,
	Ne de tua	plasmatura	gaudeat Leviathan.
	Iuste deus,	adsum reus	in tua presentia:
10	Uras, secces,	et flagelles	in misericordia;
	Instet dolor,	instet anguor,	vitam set non auferat,
	Donec totum	sit purgatum,	quicquid maculaverat
	Serpens ille,	cuius mille	passus sum fallacias,
	Cuius semper,	heu ²⁾ miser!	colui spurcicias.
15	Nempe totus	sum pollutus	criminali macula,
	Quam contraxit,	quae servivit	Veneri caruncula.
	Aliorum	peccatorum	tantus inest cumulus,
	Quod iam mentis	occumbentis	exceccatur oculus.
	Sed resurgit,	reviviscit,	dum te sperat iudicem,
	Qui expectas,	ut convertas	a peccatis hominem.

Gedicht mit Neumen auf Bl. 99^v des Codex Mazarinaeus, jetzt der Pariser Nationalbibliothek n. 8213, früher in Lambins Besitz, aus dem dreizehnten Jahrhundert, oder noch Ende des zwölften. Auf Bl. 100^r derselben Handschrift steht folgendes Recept aus dem vierzehnten Jahrhundert: 'Genciana Serpillum sopum Vbrenin (oder — ia) ambrosiā Vngulā caballina'.

1) Ob Crebro? 2) Zweisylbig zu lesen. II.